



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De his qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi. xxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

consensu parentum suorum acceperint. Si quis autem rem habere voluerit, canonicè & legaliter eam accipiat & nō rapiat. Qui verò eam rapuerit, vel furatus fuerit, seduxerit nunquam eam vxorem habat.

De eadem re. Cap. XXXIII.

Ex cōcil.
Meldēsi,
cap. 10.

QVI verò deinceps rapere virgines præsumptorū vel viduas, secundum synodale beati Gregorij ditionem, ipsi, & complices eorum anathematizentur, raptores sine spe coniugii perpetuò maneant.

De his qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi. Cap. XXXV.

Ex cōcil.
Chalced.
cap. 27.

Eos qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes autem & coniuuantes raptoribus, dicit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidant de gradu proprio: si verò laici, anathematizentur.

De puellis raptis nondum desponsatis. Cap. XXXVI.

Ex cōcil.
Cabillon.
cap. 27.

DE puellis raptis necdū desponsatis in Chalcedonensi concilio scriptum est: Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & coniuuantes raptoribus decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sum, decidant de gradu proprio: Si verò laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt: quando participes consilium coniuuantes tanto anathemate feriuntur, & iuxta canonice autoritatē ad coniugia legitima raptas sibi iurē, vacare nullatenus possunt.

De raptis desponsatis. Cap. XXXVII.

Ex cōcil.
Toletan.

Proinde placuit, atque statutum est à sacro concilio, vt si aliquis sponsam alterius rapuerit, publica poenitentia mulctetur, & sine spe cōiugii maneat. Falsi ipsa dem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi non negetur. Quod si & ipsi post hæc se coniungere præsumpserint, vtrique vsq; ad satisfactionē anathematizentur.

De eadem re. Cap. XXXVIII.

Ex cōcil.
Ancira-
no, ca. 10.

Desponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit dari, & eis reddi, quibus ante fuerat desponsata, & eis à raptoribus vis illata constiterit.